

desyderandum erexit, quia veritas, cecū illuminauit, quia via errantem reuocauit, atq; perueniendi ad vitam, quā perdidit, ducatum certissimum sibi dedit. Beneficio itaq; Iesū appropinquans Hiericho, homo prius cecus sedēs, & errans surrexit, vidit, & sequebatur illum. Declarabitur ex euangelio quasi in summa, & breuiter latens ibi mysterium.

Creato homine perfecto, & sano profectus; in paradiso deliciarum, dedit dominus praecepta sano, ne medico indigeret, praeceptum utiq; suauē, & facillimē obedientiā. Siquidem vt per obedientiā bonum Deo adhereret, vnā interdixit arborem, sed alias non subtraxit, facilis obedientiā, in paradiso constituto, in media opulentiā, medijsque delictis, concessis omnibus, ab vnus tantum arboris fructibus abstinere. Sed ecce dum peruersē voluit imitari Deum, dum propria voluit potestate vtī, vt nullo sibi dominante, fieret sicut Deus (quia Deo vtique nullus dominatur) praeceptum rumpere delectauit, vt dicit Aug. serm. 34. de verbis euangelij: Sicq; malē elatus, malē praeuolens, futurus mortuus recedendo a via iustitię soluit praeceptum, excussit a ceruice discipulinę iugum, habenas non velcendi in libidine, sed exaltandi animositate dirupit. Hęc August. Sanus ergo praecepta contempsit, & experimento sensit in quanta in sui perniciem praeceptū illud contempsit. Ecce & nos ab illo nati, & in illo mortui sumus. In illo (sicut apostolus dicit) omnes peccauimus, aegrotare cepimus, laboramus in lecto, infirmati sumus, sed non desperemus.

Quia enim ad medicum venire nō poteramus, ipse ad nos venire dignatus ē. Appropinquauit medicus Hiericho vbi nos iacebamus, sed nunquid vt ibi maneret in infirmitate, in defectu? Absit. Appropinquauit Hiericho; vt inde ascenderet Hierusalem sanato aegrotoscedente, immo iacente ceco homine. s. vt dictum est infirmato, secumq; eueheret hominem, quem sanarat. Hierusalē dico, non illam inimicorum obfidiōne

vallatam, & tandem euictam, & prostratam, sed Hierusalem supernam vrbe fortitudinis Syon, ciuitatem benedictionis, habitaculum pacis, locum totius abundantię, & suauitatis. Lauda (inquit propterea) Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem, a dipe frumenti faciat te. Non itaq; contempsit laudicium contēptus a sano, non deititit dare alia praecepta languenti (qui prima custodire noluit) ne langueret. Praecepta magis laboriosa, calicem amarum, calicem tentationum, calicem tribulationum, angustiarum, passionum, quib; abundat hęc vita, hunc nisi biberit, sanari non poterit. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei, inquit, apostolus Act. 14. Et 2. ad Tim. 3. Omnes inquit, qui volunt pē viuere in Christo, persecutionem patientur. Hęc est via ducens de Hiericho mutabilitatis in Hierusalem aeternę stabilitatis & quietis.

Et ne fortē languidus dicat medicum non fero, non bibo; prius bibit medicus sanus, vt bibere nō dubitaret aegrotus. Ecce inquit, ascendimus Hierosolymam, & filius hominis (quod ex homine temporali natiuitate assumptis, non quod natiuitate aeterna ex patre Deo sine initio fuit, hoc quidem quicquid ex homine est) tradetur gentibus illudetur, flagellabitur &c. Praecessit medicus, necesse est sequatur aegrotus. Ipse deniq; dicit: Qui mihi ministrat, me sequatur. Ioan. 12. Crucifigatur, & in nobis filius hominis, homo vetus, homo carnalis, genit; ex carne peccati primi parētis, vt viuat in nobis, quod natū est ex Deo per gratiam regenerationis: sicut dicit apostolus 2. Cor. 4. Semper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Voluit aliquando peruersē imitari dominum adhuc in paradiso manens homo, & cecidit factus mortalis descendit dominus, hominem suscepit, praecessit,

Medicus  
noster  
ipse pri;  
medici-  
nam bi-  
bit q̄ eā  
aegroti  
pergre-  
ret.